

n. 4361, 5122; decr. de die 26. Jan. 1793); *Color. param.*; *Sept. Dolor. B. M. V. Fer. VI. p. D. Pass. Dom.* (missa, decr. Pii VI.); *Rosar.* (missa etc.)

Ex Testamento quodam institutum fuit, ut singulis Sabb. Missa solemniter in honorem B. V. M. celebraretur. Interrogatur inde: an liceat dictam Missam celebrare, quando eadem die occurrit aliquod festum solempne alterius Sancti? S. R. C. resp.: Utamque Missam esse in casu celebrandam, alteram de festo currenti, alteram de B. V. in Sabbato. n. 359 die 1. Sept. 1607.

Ad dubium: an missa assignata Festivitati Conceptionis B. V. M. pro fratribus minoribus possit celebrari in Sabbatis ut votiva? S. C. resp.: *Negative.* n. 2903 ad 1 die 30. Sept. 1679.

Ad dubium: an qui in Sabbato recitat Officium de B. V. M. volens celebrare missam de aliquo Sancto, teneatur dicere *Gloria etc.* et Praefat. de B. V. propriam illius diei, an vero Praefationem comm. sine Gloria? S. C. resp.: Dicendum sine *Gloria etc.* et cum Praef. communi. n. 3073 ad 8 die 2. Decb. 1684.

Ad dubium: an in Ecclesiis B. M. V. dicatis seu aliis Sanctis, ubi adest inveterata consuetudo cantandi missam vot. de B. V. singulis diebus Sabbatis, licite possit continuari haec pia consuetudo seu populorum devotio, etiam quando in Sabbato occurrit Officium duplex, ea potissimum ratione, quia 16. Julii 1605 decisum fuit, consuetudines laudabiles et in honorem Dei et ministrorum ejus introductas servandas esse et tuendas? S. C. resp.: Posse, dummodo consuetudo sit immemorabilis. n. 3073 ad 13 die 2. Decb. 1684.

In illis Ecclesiis, in quibus non ex fundatione aut obligatione sed ex mera devotione singulis Sabbatis cantari solet missa vot. B. V. M., hujusmodi missa cantari non debet, ubi in eis-

dem Sabbatis occurrat festo ritus dupl. I. vel II., vel cadant feriae privileg. n. 4424 ad 1 die 10. Mart. 1787.

Vd.: *Missa conv.* (non oblig.; decr. n. 4364.)

Missa vot. de B. V. M. celebrari non debet, ubi in Sabbatis occurrat aliud festum B. V. M., sive illud sit altioris seu minoris ritus. n. 4424 ad 2 die 10. Mart. 1787.

Missae, quae cohaerenter Officio semel in mense vel hebdomada recitari concessa celebrentur cum *Gloria*, puta de ss. Sacramento fer. V., de ss. Nomine B. V. M. in Sabb., de Patrono principali in alia feria, habere non debent *Credo.* n. 4227 ad 1 die 26. Aug. 1752.

Ad dubium: an missa vot. de B. V. M. in singul. Sabb. per annum exceptis privilegiatis et impeditis festo dupl. 1. vel 2. cl. cantanda, cantari possit cum *Credo* et oratione unica, an sine *Credo* et una secunda oratione de Officio currenti et 3. de Sp. s., nisi occurrat simpl. aut alia commemor., vel cum 2. orat. de Spir. s. et 3. Ecclesiae vel pro Papa, ubi de Officio currenti cantata vel saltem lecta fuerit missa conventualis? S. C. resp.: *Negative* quoad primam part., affirmative quoad secundam et servantur rubricae. n. 4378 ad 15 die 15. Junii 1776.

Pius PP. VI.

Cum, sicut dilectus filius modernus parochus seu rector parochialis ecclesiae beatae Mariae virginis ad Nives vulgo nuncupatae la Blanca civitatis Hispalensis Nobis nuper exponi fecit, ipse *singulis anni Sabbatis* missam votivam beatae Mariae virginis cum cantu celebrare teneatur, quo autem frequentius devotioni erga eandem beatam Mariam virginem satisfacere valeat, dictam missam votivam in sab-

batis etiam impeditis celebrare posse summopere cupiat,

Nos dictum exponentem specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, exponenti ac pro tempore existenti parcho dictae parochialis ecclesiae beatae Mariae virginis ad Nives, ut in singulis anni sabbatis, exceptis festis primae et secundae classis, praedictam missam votivam beatae Mariae virginis cum cantu celebrare libere et licite possit et valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus.

Datum Romae die 16. Decb. 1785.

(Bull. r. Continuatio t. VII. p. 459. Ed. Rom. 1843.)

Pius PP. VI.

Cum, sicut dilecti filii, *congregatio sacerdotum nuncupata sub titulo Conceptionis B. M. V. immaculatae in ecclesia metropolitana Compostellana* canonice, ut asseritur, erecta, Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga beatam Mariam virginem gerunt devotionis, affectu, missam votivam ejusdem beatae Mariae virginis cum cantu singulis anni sabbatis celebrare posse plurimum desiderant,

Nos dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus eorum Nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, exponentibus praedictis, necnon pro tempore existentibus presbyteris congregationis hujusmodi, ut ipsi in singulis anni sabbatis, exceptis duplicibus primae et secundae classis, dictam missam votivam ejusdem beatae Mariae virginis cum cantu celebrare libere ac licite possint et valeant, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus.

Datum Romae die 18. Febr. 1785.

(Bull. r. Continuatio t. VII. p. 377. Ed. Rom. 1843.)

Pius PP. VII.

Ex parte venerabilis fratris Raymundi Archiepiscopi Guatimalensis et dilectorum filiorum cleri et officialium atque confratrum archiconfraternitatis beatae Mariae virginis de Subsidio nuncupatae in metropolitana ecclesia ejusdem civitatis canonice (ut asseritur) erectae expositum Nobis nuper fuit, quod ipsi ab infrascripta venerabilium fratrum Vostorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium congregatione decretum obtinuerunt, tenoris sequentis videlicet: *Sacra Rituum congregatio supplicantibus reverendissimo Archiepiscopo et clero diversis Guatimalensis necnon ven. archiconfraternitate beatae Mariae virginis de Subsidio nuncupatae in metropolitana erecta ad relationem Emi et Rmi D. Cardinalis Dionysii Bardaxy ponentis benigne indulset, ut superscriptum officium cum missa propria in honorem beatae Mariae virginis ab eodem Emo et Rmo D. relatore et a r. p. Aloisio Gardellini subpromotore fidei et S. C. R. assessore (loco r. p. d. Andreae Cavalli promotoris fidei absentis) revisa, emendata et approbata celebrari et respective recitari valeant in dominica secunda Novembris sacra festo Patrocinii beatae Mariae virginis ab universo dioecesis clero ritu dupl. secundae classis, addita etiam octava quoad clerum civitatis tantum, annuendo praeterea etiam pro gratia celebrandi supra approbatam missam ad aram dumtaxat beatae Mariae virginis (sub appellatione de Subsidio) in dicta metropolitana tantum singulis anni sabbatis exceptis primae et secundae classis duplicibus, quadragesima, octavis atque vigiliis privilegiatis. Atque ita in posterum in civitate ac dioecesi de*

VV. Ffr. Nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris ritibus praepositorum decretum tenoris sequentis videlicet:

Toletana.

Sacra rituum Congregatio ad humilimas preces monialium ordinis beatae Mariae virginis de Mercede exalceatarum monasterii nuncupati s. Joannis de Alcaron civitatis Matritensis dioecesis Toletanae referente me infra-scripto secretario benigne indulset, ut sacerdotes omnes tam saeculares quam regulares ad sacrificandum convenientes infra octavam SS. Corporis Christi in ecclesiam earundem monialium celebrare possint missam propriam SS. Sacramenti, exceptis duplicibus primae et secundae classis.

Die nona Aprilis 1791.

Loco † Signi.

S. Card. Archintus praefectus

D. Coppola S. R. C. secretarius.

Cum autem, sicut dilectae in Christo filiae abbatissa seu priorissa et moniales praedicti monasterii Nobis subinde exponi fecerunt, ipsae decretum hujusmodi, quo firmiter subsistat et servetur exactius, apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communi summopere desiderant, Nos dictas exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis: praesertim decretum hujusmodi auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus et confirmamus illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjicimus omnesque et singulos juris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervernerint, supplemus et sanamus.

Datum Romae 13. Maii 1791.

(Bull. r. Continuatio t. IX. p. 29.)

n) Quae dicenda?

Vd.: *Missa de req.* (anticip.); *Missa concord. cum Off.* (decr. n. 5116.)

In Congregationibus Paroch. Dioec.

Trevis. ad casus conscientiae discutendos institutis Omnes die illo, quo conveniunt, Sacrificium offerunt pro confratribus laicis tam vivis quam defunctis et Primicerius tandem cum s. ministris canit missam. Quae missa ab hoc cani debeat, an de festo currenti, an de Sancto titulari, cum omnis Congregatio instituta sit sub invocatione alicujus Sancti particularis? S. C. resp.: *De missa currenti.* n. 2795 die 13. Junii 1676.

Ad dubium: an in fer. 2. post festum SS. Trinitatis, in qua tamquam in sede perpetua et propria quotannis celebratur Solemnitas SSmi Mysterii uti Titularis, debeat cantari missa sol. de SS. Trinitate cum *Glor.* et *Credo* ratione rei gravis ob concursum fidelium, licet ipsa fer. 2. impedita sit festo dupl. de praecepto classico? S. C. resp.: Pro gratia. n. 4072 ad 1 die 8. Mart. 1736.

Abbatessae et Superiores Congregationis Benedictinae Bohemiae exposuerunt, immemorabilem esse consuetudinem, ut quotidie, exceptis diebus Nativ. Dom., Paschae et Pentec., prima missa sit votiva de B. V. M. et, ut qualibet fer. 6., festo in foro celebri aut alio 1. vel 2. cl. non impedita, missa de s. cruce loco convent. solemniter decantetur. Dubitetur: an id licite fieri possit? S. C. resp.: *quoad missam votiv. B. V. M.*, pro gratia cum limitatione, quod praedicta missa vot non possit celebrari in Dom. 1. Adventus, Fer. 4. Ciner., Dom. Palm. cum tota maj. hebdomada, Dom. Resurr. et Pentecost. cum duobus seq. diebus, Die Nativ. Dom., Epiph., Ascens., Corp. Chr. et omnibus diebus, in quibus celebrari debet festum in hon. B. V. M. juxta Calendarium, ac dummodo diebus, in quibus celebratur dicta missa vot., praeter eandem celebretur missa convent. seu diei festi curr. In reliquis: *Dilata.* n. 4201 die 19. Apr. 1749.

o) Pro re gravi.

(*Dies, Glor., Credo, param. etc.*)

Cf.: *Missa vot. B. V. M. in Adv.* (quae missa?); *Missa vot. de B. V. M.* (dies etc. decr. n. 4342); *Missa vot. de SSmo in divers. festis* (decr. n. 4897); *Oratio in missa vot. pro re gravi*; *Praef. in missis vot.* (decr. n. 3754); *Missa vot. de Sanctis* (Gloria etc.; decr. n. 2417); *Missa vot. sol.* (Orat.; Gloria.)

In festis 2. cl. aut etiam primae non festivis aut minus sol. ut in die Ascensionis vel in fer. 2. Paschae aut Pentecostes et generatim missam sol. vot. pro re gravi aut gravissima posse celebrari de licentia tamen Ordinarii pro illa vice tantum, dummodo in illa Ecclesia jam celebrata fuerit missa conventualis de Officio currenti. n. 4175 ad 2 die 4. Sept. 1745.

Cum in festis dupl. 1. cl. non possit cantari Missa sol. vot. etiam ad invocandum Spir. s. pro felici successu Comitiorum general. vel Capituli, tunc potest Collecta de Spiritu s. sub unica conclusionem addi. n. 4361 ad 7 die 27. Mart. 1773.

Ad dubium: an missae vot. sol. pro re gravi vel pro publica Ecclesiae causa cantari possint in dominicis 1. vel 2. cl. et in festis dupl. 1. et 2. cl. necnon in feriis, vigiliis et aliis diebus privileg. Officia 1. et 2. cl. excludentibus? S. C. resp.: Negative in dupl. 1. cl., dominicis 1. cl., Feriis Cinerum et majoris hebdom., Vigiliis Pentecostes et Nativit. Dom.; in reliquis affirmative. n. 4393 ad 20 die 27. Mart. 1779.

Ad dubium: Quum generales nostrae Constitutiones pro electione Ministri Generalis facienda praescribant, ut a Resurrectione Domini ad diem usque electionis qualibet Feria V. solemniter festo non impedita cantetur in singulis conventibus Missa de Spiritu S., quaeritur: quodnam Festum hisce in circumstantiis haberi debet pro solemniter,

ita ut ipso occurrente non liceat praefatam Missam decantare? S. C. resp.: „Quodcumque non admittens Missam votivam pro re gravi.“

Atque ita declarandum et rescribendum censuit. n. 5183 ad 26 die 16. Apr. 1853.

In omnibus casibus propositis, nempe *propter pluviam petendam, pro serenitate, pro quacunque necessitate, pro principe infirmo et similibus*, potest dici res gravis, quando ab Episcopo et universo Clero et civitate Missa votiva solemniter celebratur cum interventu Magistratus et populi. Quo casu poterit absque dubio dici Gloria et Credo*), excepto tantum, quando Missa celebratur cum *paramentis violaceis*, ut pro infirmis vel aliquo actu similis moestitiae vel poenitentiae, quia tunc non dicitur Gloria nec Credo. Quoad *colorem* erit juxta qualitatem temporis et Missae, quae celebratur. Et quando in Missa dicitur *Gloria* et *Credo*, nunquam ad Orationes genuflectitur. Et si Missa *solemniter* celebratur, *Organa* poterunt pulsari et pariter Praefatio et omnia solemniter sunt peragenda, si Missa solemniter celebretur cum Gloria et Credo. n. 351 ad 14 die 19. Maii 1607.

In Dioecesi Burgensi existit Confraternitas Adorationis perpetuae ss. Sacram. et dies anni ita distribuuntur, ut singulae parochiae et publica Oratoria suum diem sortiantur, in quo a summo mane usque ad vesp. SS. Sacram. patenter adorationi fidelium est expositum; Quaeritur: an sufficiens hic habeatur ratio ad indicendam missam votiv. de ss. Sacram. pro re gravi? S. C. resp.: Negative nisi exponendum sit in forma 40 hh. 12. Sept. 1840.

In missis votivis pro re gravi aut publica Ecclesiae causa dicitur *Credo*. n. 3073 ad 3 die 2. Decb. 1684.

*) Cf.: *Missa vot. de Sancto* (gl., cr. decr. n. 4560 nota.).

Ad dubium: An Missa votiva solemniter pro re gravi celebrari possit in Dominicis II. Cl.?

Et S. eadem C. ... rescripsit:

„Affirmative in Dominicis privilegiatis II. Cl. et Festis itidem II. Cl.“
N. 4806 ad 1 die 11. Mart. 1837.

Ad dubium: An festis et dominicis I. cl. et signanter Dom. SS. Trinitatis liceat canere missam vot. B. V. M. pro re gravi cum interventu Cleri, assistentia Episcopi, praesentia Magistratus et concursu populi vel potius in tali substantia addenda tantum sit oratio B. M. V. in missa convent. post orationem festi sub unica conclusione? S. C. resp.: Non licere, praeter commemor. in missa conv. Die 12. Sept. 1767.

p) Non pro re gravi.

I. Commemoratio.

Ad dubium: An in Missa cantata sine gravi causa omitti debeat commemoratio Festi occurrentis, uti omnino omittitur Missa Conventualis, quia non debetur, sicut ejusdem commemoratio omitti debet, ubi cantatur aut saltem legitur Missa Conventualis Festi occurrentis?

S. eadem C. rescribendum censuit:

„Negative, nempe in iis Ecclesiis, quae non tenentur ad Missam conventualem, faciendum esse in Missis votivis solemnibus sine gravi causa commemorationem Festi occurrentis. In aliis vero, nunquam omittendum esse Missam conventualem de die.“ Et ita declaravit. n. 4474 ad 17. die 2. Maii 1801.

Vd.: *Missa vot. de B. V. M.* (In Adventu.)

II. Gloria, Credo.

Cf.: *Credo*.

In missis vot., quae celebrantur ob particularem devotionem alicujus pri-

vatae personae et canitur cum altaris apparatu et magno musicorum conventu, dici non debet Gloria et Credo, nisi sit pro re gravi et publica Ecclesiae causa. n. 3232 ad 1 die 2. Sept. 1690.

Idem respons. fuit ad dubium: An in missa festiva, quae solum habet Gloria, si canitur, prout supra, debeat dici symbolum?

q) De SS. Sacramento.

I. In diversis festis per annum.

Vd.: *SS. Corp. Chr.; Oratio 3. in missa vot. de SSmo; Missa de et coram SSmo*.

Ad dubium: an in fer. 2. 3. et 4. hebdom. major., quando exponitur SSmm, celebrari debeat missa de SSmo. S. C. resp.: Servari rubricas. n. 1644 die 3. Aug. 1652.

Confirmationis antiquae consuetudinis celebrandi missam sol. vot. de SSmo cum *Glor.* et *Credo* in fer. II. hebdom. majoris in Eccles. par. Augustanae: „*Lectum*.“ n. 4303 die 12. Sept. 1761.

Contententibus, utrum in tertia quaque dominica cujuslibet mensis, quae solet fieri particularis processio cum SSmo, missa de eodem SSmo cum comm. dominicae, an missa de dominica cum comm. SSmi cantari debeat? S. C. resp.: Missam in dicto casu celebrandam esse de dominica seu de festo duplici, si illa die occurrat, cum comm. SSmi ad formam rubricarum missalis. n. 1692 die 6. Decb. 1653; n. 3301 ad 12 die 10. Jan. 1693.

Missa votiva de SSmo celebranda est sine Sequentia et cum orationibus temporis congruentibus. n. 3183 ad 3 die 18. Junii 1689.

Paroeciae Civitatis et Dioecesis Compostellanae post Octavam Corp. Chr. aliud festum celebrant SS. Sacramenti. Queritur: An in missa votiva sol. fieri debeat commemoratio SSrum et dominicarum occurrentium cum Evan-

gelio dominicae in fine missae et utrum in dupl. 1. vel 2. cl. dici possit missa vot. de SSmo? S. C. resp.: Quoad primam partem, si celebretur missa sol., negative; si cum ea recitetur etiam Officium, affirmative; quoad secundam partem scribatur Episcopo. n. 4507 ad 7 die 8. Apr. 1808.

Ad dubium: In Dioecesi Brugensi*) existit Confraternitas adorationis perpetuae SSmi et dies anni ita distribuuntur, ut singulae Parochiae et publicum Oratorium suum diem sortiantur, in quo a summo mane usque ad Vesperas SSmm patenter adorationi est expositum; Queritur: an sufficiens hic habeatur ratio ad indicendam missam vot. de SSmo pro re gravi? S. C. resp.: *Negative*, nisi exponendum sit in forma 40 hh. n. 4897 ad 6 die 12. Sept. 1840.

Pius PP. VII.

Cum, sicut dilecti confratres sodalitates nuncupatae Mancipiorum sanc-

*) In omnibus Ecclesiis et publicis Oratoriis dioecesis Brugensis, quum semel vel bis per annum ex laudabili consuetudine publicae adorationi exponatur SSmm mane usque ad vespas ac praeter divini verbi annuntiationem et praedicationem, divinorum Officiorum sol. celebrationem magna sit fidelium frequentia ac sacramentorum tum poenitentiae tum eucharistiae sumptio, quod unum exoptandum supererat, nimirum ut eo die, quod adoratio SSmi in qualibet Ecclesia vel publico Oratorio occurrit, etiam missa vot. de SSmo celebrari valeat cum cantu ad formam Instruct. S. M. Clem. PP. XII. datae Calend. Septb. anni 1736 pro Expos. SS. Sacram. in Orat. 40 hh.; id humillimis datis precibus SS. D. N. Gregorium XVI. P. M. enixe rogavit Rmus. Brug. Ep., propriis ac communib. votis satisfactorius. Quas quidem enixas preces Apost. benignitate S. S. excipiens benigne annuit juxta petita, strictim vero servatis, quae in memorata Instruct. Clem. praescribuntur ac Rubricae ediderunt, contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 30. Mart. 1846. (Ita Direct. Brug. 1847.)

tissimi Sacramenti canonice, ut asseritur, erectae in ecclesia monialium ordinis sancti Benedicti sub titulo Incarnationis civitatis Cordubensis nuncupatae, Nobis exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga augustissimum Eucharistiae Sacramentum praesecerunt devotionis affectum, ejusdem cultum et venerationem in dies augeri summo opere desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsos exponentibus specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut in dicta ecclesia per octo continuos dies a dominica tertia post Pentecosten usque ad dominicam quartam sequentem; in quibus diebus patens proponitur fidelium adorationi sacra Eucharistia, dommodo non occurrat officium duplex primae vel secundae classis, celebrari possit una missa votiva solemniter de sanctissimo Eucharistiae Sacramento cum gloria et credo, sed cum commemorationibus officii diei, dominicae aliisque occurrentibus juxta rubricas, si in eadem ecclesia celebrata non fuerit missa conventualis de die, addita etiam facultate praedictam missam eodem modo celebrandi in quolibet dominica prima cujuslibet mensis, ut supra, non impedita, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Datum Romae die 21. Apr. 1801.

(Bull. r. Contin. t. XI. p. 159.)

II. In Orat. 40 horarum.

Vd.: *Oratio 40 hh.; Missa vot. de SSmo in divers. festis* (decr. n. 4897); *Instructio Clem. S. XII.*

In regulis (quae generales sunt) ad Missale Fratrum Minor. adjectis S. C. resp.: Quando exponitur SSmm in altari pro initio 40 hh. vel spiritua-

Guatemala servari mandavit. Die 15. Maii 1819.

Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, dicti exponentes, quo praeinsertum decretum firmiter subsistat et servetur exactius, apostolicae Nostrae confirmationis subsidio ipsum muniri vehementer desiderent, Nos memoratum quoque officium cum missa propria ejusdem beatæ virginis praesentibus pro insertis habentes ac ipsos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, idem decretum et singula in eo contenta atque expressa, auctoritate apostolica tenore praesentium adprobamus et confirmamus eique inviolabilis et perpetuae firmitatis robur adjicimus ac singulos cum juris tum facti defectus, si qui desuper in eo quomodolibet intervenerint, supplemus et sanamus.

Datum Romae die 22. Junii 1819.
(Bull. r. Contin. t. XV. p. 222.)

XI. In singulis diebus Anni et Octavarum.

Vd.: *Missa vot. de B. V. M.* (Quae missa; Dies.)

Pius PP. VI.

Cum, sicut dilecti filii Abbas et Monachi Regalis nuncupati monasterii ordinis sancti Hieronymi nullius dioecesis provinciae Toletanae Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga beatam Mariam virginem gerunt, devotionis affectu, *singulis anni diebus* in aurora missam votivam solemnem ejusdem beatæ Mariae virginis sub nomenclatura de Guadalupe celebrare posse summopere cupiant,

Nos dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut ipsi singulis anni diebus, exceptis festis primae et secundae classis, in aurora dictam missam votivam solemnem beatæ

Mariae virginis sub nomenclatura de Guadalupe celebrare libere ac licite possint et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus.

Datum Romae die 16. Decb. 1785.
(Bull. r. Continuatio t. VII. p. 460.
Ed. Rom. 1843.)

Pius PP. VI.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii sodales congregationis titulo beatæ Mariae virginis de Columna nuncupatae, quae in ecclesia monialium capuccinarum Matrivi Toletanae dioecesis est constituta, se pro eo, quo in sanctissimam Dei parentem patronam suam sunt incensi, studio id maxime curare, illam ut omni, quo possunt honore et cultus significatione prosequantur, optareque ut pietas, quae a christianis ei debetur, in cunctorum animis augeatur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Nos igitur ipsis de ista voluntate majorem in modum gratulantes eisdemque specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, iisdem, ut quotannis *in singulis diebus octavae ejusdem beatæ Mariae virginis de Columna*, dummodo festum non occurrat duplex primae vel secundae classis, una missa cum cantu vel sine cantu, quemadmodum in ejus festo, cum commemorationibus quidem officii de die, quando de hoc celebrata non fuerit missa conventualis, aliisque juxta rubricas accurate servatis, celebrari libere ac licite facere possint et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus.

Datum Romae die 27. Jan. 1795.
(Bull. r. Continuatio t. IX. p. 450.)

Pius PP. VI.

Emanavit nuper a Congregatione venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris ritibus praepositorum decretum tenoris sequentis videlicet: *Toletana*. Sanctissimus dominus Noster Pius sextus pontifex maximus ad preces equitis Domini Josephi Nicolai de Azara nomine serenissimae reginae catholicae benigne indulxit, ut in ecclesia monialium ascederii sub titulo Conceptionis beatæ Mariae virginis ordinis sancti Bernardi nuncupati de Pinto Matrivi dioecesis Toletanae *in diebus a die octava decembris usque ad diem decimam sextam ejusdem inclusivae*, in quibus novendiale in honorem Conceptionis B. M. V. peragitur, celebrari possit una missa solemnem propria, ut in die ejus festo ad instar votivae, non ommissa conventuali de die, *etiamsi occurrat festum dupl. primae vel secundae classis*, vel aliqua dominica adventus. Quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Die 15. Junii 1793.

Loco + Signi.

J. Card. Archintus praefectus
D. Coppola S. R. E. Secretarius.

Cum autem, sicut dilectae filiae in Christo abbatissa seu priorissa et moniales praedictae Nobis nuper exponi fecerunt, ipsae, quo decretum hujusmodi firmiter subsistat et servetur exactius, apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur dictas exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes hujusmodi supplicationibus inclinati, decretum praeinsertum hujusmodi auctoritate apostolica tenore praesentium approbamus et confirmamus illique inviolabilis apostoli-

caae firmitatis robur adjicimus omnesque et singulos juris et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus et sanamus.

Datum Romae die 5. Julii 1793.
(Bull. r. Contin. t. IX. p. 332.)

Pius PP. VI.

Cum, sicut dilecti filii missionarii collegii apostolici ordinis Seraphici titulo beatæ Mariae virginis de Guadalupe nuncupatae de Guadalaxerensi dioecesi Nobis exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga eandem beatissimam virginem praeseferebant, affectu, ejusdem cultum et venerationem in dies augeri summopere desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut in posterum *in die duodecima cujuslibet mensis* in eorum ecclesia una missa votiva solemnem propria de eadem beata Maria virgine, dummodo non occurrant festa dupl. primae vel secundae classis necnon feriae privilegiatae, celebrari possit, auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus.

Datum Romae die 10. Apr. 1798.
(Bull. r. Contin. t. X. p. 147.)

Pius PP. VII.

Quum V. Fr. Andreas Episcopus Mindoniensis, prout nuper Nobis est ejus nomine expositum, oratorium publicum titulum Conceptionis beatæ Mariae virginis in propria domo, quae manet in loco vulgo dicto Frase de Onterio intra limites parochiae s. Vincentii de Viminiano Compostellanae dioecesis, erexit atque ad majorem ipsius virginis

beatissimae cultum in oratorio hujusmodi sibi per Nos, ut infra, indulgeri humiliter flagitaverit, Nos eundem Episcopum specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, ut quotannis in posterum in oratorio praedicto occasione peculiaris festi, quod in memoriam ejusdem Conceptionis Nostrae Dominae agetur in dominica post octavam illius assumptionis, dummodo non occurrat officium ritus duplicis primae vel secundae classis, a cunctis sacerdotibus eo ad sacrificandum convenientibus missa propria Conceptionis Beatae Mariae Virginis cum commemorationibus tamen officii diei, dominicae aliisque occurrentibus juxta rubricas, tam in una missa cum cantu quam in caeteris sine cantu, occurrente vero officio ritus duplicis secundae classis dumtaxat, tunc una tantum missa cum cantu, ut supra, celebrari libere ac licite possit et valeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus.

Datum Romae die 20. Febr. 1807.
(Bull. r. Continuat. t. XIII. p. 96.)

h) Infra octavam.

(Orationes.)

Ad dubium: Quae orationes dicendae sunt in missa votiva, quae celebrari aliquando potest infra octavam? S. C. resp.: Si infra octavam dicatur aliquando missa votiva, tunc prima oratio erit propria de missa, 2da de octava, 3. de feria; et recitetur Evang. s. Joannis. n. 4044 (2do) ad 33 die 12. Julii 1736.

Vd.: *Missa vot. de B. V. M.* (Quae missa?)

i) Pro Pace.

Vd.: *Instruct. Clem. §. XIII. n. 1 etc. 5.*

k) Contra Paganos.

Vd.: *Instructio Clem. §. XIII. n. 1 etc.; Missa convent. (tempus); Missa vot. sol. (hora.)*

Cum in diebus Quadragesimae, Adventus, Quatuor Temporum ac vigiliarum, Missa praedictarum feriarum, ac vigiliarum juxta Rubricas debeat celebrari post Nonam, cumque etiam contingat, quod in feriis ac vigiliis praedictis, occasione orationis quadraginta horarum, ex praecepto S. M. Innocentii P. XI. in Ecclesiis Urbis sit celebranda Missa votiva contra paganos; quaesitum fuit humiliter a S. R. C. declarari: Quonam ordine sint in Choro Missae praedictae celebrandae?

Et S. eadem R. C. respondit:

„Ambas post Nonam esse celebrandas, ita tamen, ut Missa votiva contra paganos ultimo loco celebretur.“ Et ita declaravit et servari mandavit. n. 3564 die 22. Maji 1700.

l) De Passione D. N. J. Chr.

Concessionis Indulti celebrandi missam vot. sol. Passionis D. N. J. Chr. singulis feriis sextis etiam Officio dupl. impeditis, ad effectum satisfaciendi obligationi jure legati relictis. — Negative et celebretur missa occurrens cum applicatione juxta intentionem. n. 3969 die 15. Febr. 1727.

Vd.: *Missa (de Passione Dom.)*.

m) Privata.

I. Commemoratio.

Patriarchalis Basilicae
Vaticanae.

Exposuit S. R. C. Hieronymus Fanaguzzi Patriarchalis Basilicae Vaticanae Canonicus Decanus, eoque nomine S. Caeremoniis Praefectus paucis ab hinc Annis in eadem Basilica continere, ut tempore Quadragesimae, si quod occurrit Festum ritus semiduplicis, nonnulli Sacerdotes fas sibi esse putant Missam privatam more votivo celebrare de Feria addita commemo-

ratione Festi semiduplicis. Dubitans autem id Generalibus Missalis Romani Rubricis adversari, sequens proposuit pro opportuna solutione Dubium. „An occurrente Festo ritus semiduplicis cum Feria etiam majore vel Vigilia liceat Missam privatam more votivo celebrare de Feria vel Vigilia cum commemoratione Festi, de quo ritu semiduplici Officium persolvitur?“

S. eadem C. S. R. ad Vaticanum hodierna die in Ordinariis Comitibus, referente subscripto Secretario, omnibus maturo examine perpensis, respondendum censuit. „Non licere.“

Atque ita rescripsit ac servari mandavit. n. 5210 die 21. Junii 1855.

Ad dubium: Quae Orationes dicendae in missa vot., quae celebrari aliquando potest infra octavam? S. C. resp.: Prima oratio erit propria de missa, 2. de octava, 3. de feria; et non recitetur evang. fer. sed initium s. Joann., nempe: *In principio.* Die 23. Julii 1736.

Vd.: *Missa vot. sol. (Orationes.)*

II. Dies impeditus.

Cf.: *Missa vot. (dies et octavae prohib.); Missa vot. priv. cor. SSmo.; Missa vot. pro Sponsis (decr. n. 4587 nota); Missa vot. pro infirmo; Vigiliae Epiph.; Missa de Reg. priv. (Infra octav.); Missa (in Eccles. aliena, decr. de die 11. Sept. 1847).*

In festis 2. cl. aut etiam primae non festivis aut minus sol., ut in die Ascensionis, fer. 2. Paschae aut Pentecostes et generatim missas privat. votivas non posse dici. n. 4175 ad 2 die 4. Sept. 1745.

In dominica infra octavam missae privatae nequeunt dici de festo, sed dicuntur de dominica cum commemor. octavae; constituto tamen de concursu populi, permittitur unica tantum missa sol. de octava cum *Gloria et Credo* absque ulla commemoratione. n. 4183 ad 1 die 3. Sept. 1746.

Quando per rubricas et decreta, vide-

licet: per octavas Nativitatis, Epiph., per fer. IV. Cinerum, a dominica Palmar. usque post octav. Paschae, per octavas Pentecostes et SSmi Corp. Chr. prohibentur missae vot. privatae, etiam hae votivae in cantu prohibentur sed debent pro votivis substitui missae de festo in cantu. n. 4237 ad 6 et 7 die 22. Decb. 1753; n. 3754 ad 2 die 25. Sept. 1706. (Constit. Clem. XI. 29. Sept. 1714 in Bull. r. tom. VIII. p. 438.)

In die Commem. Omn. fid. def. legi potest missa pro sponsis, non vero alia votiva. S. R. C. 7. Sept. 1850.

III. Obligatio.

Vd.: *Missa de Reg. privata (oblig. decr. n. 4299; 4897, tom. II. p. 202).*

IV. Loco missae priv. de requiem dici non potest ad lucrandam indulg. altaris privilegiati.

Vd.: *Missa de Reg. privata in duplicib. dieb. (decr. Romana diei 9. Febr. 1726.)*

V. De SSmo cor. exp. SSmo et missa vot. priv. cor. SSmo.

Vd.: *Instructio Clem. §. XVII. n. 17—21—34; §. XXX. n. 24 etc.; Oratio tertia (in missa vot. de SSmo.)*.

In missis votiv. privat. de ss. Sacram. et de Officio dupl., quae celebrantur in Ecclesiis, ubi adest SS. Sacram. expositum occasione 40 hh., non dicitur *Credo*, nisi aliter competat missae Officii dupl. Die 2. Decb. 1684.

In Missis, quae celebrantur coram ss. Sacram., dicitur Praefatio missae currentis, si habeat Praefatium proprium, alias de Communi, numquam vero de SS. Sacram. 4. Sept. 1745.

VI. Infra Octav. SS. Corp. Chr.

Vd.: *Missa vot. priv. (dies impedit.)*

Pius PP. VI.

Emanavit nuper a Congregatione